



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De contritionis veritate aureum opus Fratris Joa[n]nis  
Viualdi de Monte regali. ordinis fratrum predicatoru[m]  
sacre pagine professoris**

**Vivaldus, Joannes Ludovicus**

**[Augsburg], 1518**

**VD16 V 1772**

Widmung

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30734**

Ad illustrissimum ac optimum principem domum: domum Ludouicu-  
m salutarum marchionem ac neapolitanum viceregem. D. suum  
perpetuum: Dardanus. S.

Plato philosophorum princeps dñs gratias agere solebat q̄ tibi Socratis natus esset/nec me hercle immerito: illo em̄ p̄ceptore ea ad sapientiam studiū fundamēta iecerat: vt oīm postea cōsensu philosophorum deus appellatus fuerit. Qz Obrem cū multa sint op̄ratissime princeps q̄bus deo optimo maximo gratiae a me q̄q; agēde sint hoc potissimum ē: q̄ mihi cōsuetudine tua vti/ac apud te honorifice esse/cōtigerit. Inter cætera q̄bus huc me cōtulisse indies gaudeā: illud maxime mihi adoptatū suit: q̄ lo. Ludouicū viualdū de mōte regali diui Dñci sacris initiatū: philosophiae ac theologiae studiū excellētē: hic inuenierim: vt em̄ est natura facilis & humanus: vtor p̄sepe hoīs cōsuetudine: et si fieri posset nūq; ab eo discedere vellē. Habet em̄ semp aliquid noui quod animū oblectet: quod ad dei cognitionē allicitat: quod sacrarū ac obscurarū litterarū mysteria aperiat. Et qm̄ se iam mihi touū apuit quedā luculētissima ingenij sui monumēta nup mihi legēda tradidit: vbi de veritatis cōtritione/de electorū a reprobis cognitiōe/ de mysteriorū salutationis angelicæ explanatiōe/de sapiētiā adquisitiōe & grauissime & differtissime disputat: & eo vti spāmēto: vt breuiter lucide & distincte om̄ia cōprehendat. Rogau hominē vt librū hunc bone frugis plenū: omnibus christi militiā fideliter profitētibus necessariū publicē legendū emitteret: Respondit nomini tuo iampridē dedicatū/ q̄ vnu supra oīs principes esses qui sacris litteris oblectareris/ & q̄ om̄ē tēpus/preter illud quod in ea facultate impenderet/ quæ dei optimi cultū doceret/amissum putares. Qz obre tua erit clarissime princeps: ne tāti viri doctrina sepulta maneat/ dare operam/ vt liber hic tuis auspicijs in mille trāsfundat exēplaria. Reliquū est vt litteras ac studia iōpa/ quib⁹ potes bñficijs amplectaris. Habis tu quidē corporis custodes & strenuos milites/ q̄bus bello si opus est utaris/quorū opera imperiū tuearis/ & qui ex periculis eripere te/ac per aliquod tēpusvitā ubi producere possint. Verē enim uero qui te a rerū obliuione ad immortalē gloriā vēdicare possint/ p̄ter eos qui disciplinis fese excoluerūt/inuenies nemīnē. Hos igit̄ clarissimorū virorū exēplo officijs tibi deuincias. Africanus ille superior. Q. Enniū tātopere adamauit vt eius statuā scipionū in monumento condivoluerit. Sed quid exēplis te onerē qui nō dicā dīē/sed nec horam quidē p̄termittis in qua doctorū hominū disputatiōibus nō intersis/ in quibus quidē ita excellis/ vt dubiū sit. melior ne rei bellice dux an philosphus habearis. Qz si sub auspicijs tuis diuti⁹ mihi esse cōtigerit/ inter postremas fortassis laudes tuas oīm nō enūerabit/ te Dardanū gloriæ tuæ studiosissimū bñficijs prosecutū fuisse: quādoquidē ea est ingeniōrū natura/ vt nisi principū p̄sidio sustentat̄ corruat necesse sit. Vale ornamentū agūlifarum mearum præsidium.

a. 7